CURRENDA VIII.

A. D. 1867.

N. 3928 ex A. 1866.

Speculum perfectionis clericalis quoad eruditionem et morum disciplinam conflatum a S. Isidoro Episcopo. Quaedam de praeparatione ad examen concursale, de adminiculis &c.

Isidorus hic, natione Hispanus, contino *studiis sacris et lectionibus* vacans, evasit Doctor Ecclesiæ celeberrimus, nec non omnis generis virtutum cultor rarissimus.

Idem quæ et quanta opera conscripserit, norunt, qui ejus biographiam volverint. Ex uno eorum, **2. de Officiis ad S. Fulgentium C. V.** pro **norma perfectionis clericalis** sequentia excerpenda, nec non Dilectis in Christo Fratribus pro meditatione et imitatione proponenda statuimus. In Capite memorato hæc memoriæ imprimamus:

„Qui in *erudiendis* atque *instruendis* ad virtutem populis præerit, necesse est. ut in omnibus sanctus sit, et in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus. Nam qua fronte subjectos arguere poterit, cum illi statim possit correctus ingerere: Ante doce te, quæ recta sunt? Primitas quippe semetipsum corrigere debet, qui alios ad bene vivendum admonere studet, ita ut in omnibus semetipsum formam vivendi præbeat, cunctosque ad bonum opus, et *doctrina*, et *opere* provocet. Cui etiam *scientia Scripturarum* necessaria est. Quia si tantum sancta sit vita, sibi soli prodest, sic vivens. Porro si et *doctrina*, et *sermone* fuerit *eruditus*, potest ceteros quoque instruere, et docere suos, et adversarios percutere, qui nisi refutati fuerint, atque convicti, facile possunt simplicium corda pervertere.

Hujus *sermo* debet esse purus, simplex, apertus, plenus gravitatis, et honestatis; plenus suavitatis, et gratiæ, tractans de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiae, de disciplina justitiæ unumquemque admonens diversa exhortatione, juxta professionem morumque qualitatem, scilicet, ut prænoscat, quid, cui, quando, vel quomodo proferat. Cujus prae ceteris speciale officium est, *Scripturas legere*, *percurrere Canones*, exempla Sanctorum imitari, vigiliis, jejuniis, orationibus incumbere, cum fratribus pacem habere, nec quemquam de membris suis discerpere . . . Quique ita *humilitate* pariter, et *authoritate* praeesse debet, ut neque per nimiam humilitatem suam subditorum vitia convalescere faciat, neque per immoderantiam severitatis potestatem exerceat, sed tanto cautius erga commissos sibi, quanto durius a Christo indagari formidat.

Tenebit quoque illam supereminentem donis omnibus *charitatem*, sine qua omnis

virtus nihil est. Custos enim *castitatis* charitas, locus autem hujus custodis *humilitas*. Habebit etiam inter haec omnia *castitatis eminentiam*; ita ut mens Christo debita, ab omni inquinamento carnis sit munda, et libera. Inter haec oportebit cum solicita dispensatione *curam pauperum* gerere, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redimere, viduas ac pupillos tueri, pervigilem in cuncti- exhibere curam, providentiam habere distributione discreta. In ipso etiam *hospitalitas* ita erit praecipua, ut omnes cum benignitate et charitate suscipiat. Si enim omnes fideles illud Evangelium audire desiderant: *Hospes fui, et suscepistis me*, quanto magis Clero, cujus diversorium cunctorum debet esse receptaculum."

Usus practicus. &c. Quot et quantae Cleri virtutes ex hoc speculo reflectuntur erga faciem nostram! Ter quaterque beati, qui eisdem eminent mentis et animi ornamentis! Procul absit, ut inter nos inveniantur *rari nantes in gurgite vasto!* Ne desit *charitas* et *liberalitas* erga confratres et parochianos. Non propter *esum*, sed propter *Jesum*, eumque crucifixum, nec in proportione majoris aut minoris mercedis vacemus officiis nostris! Juniores humilitate et affabilitate sibi devincere satagant superiores et propinguiores. *Discite a me*, ait Salvator, *quia mitis sum et humilis corde* — Virginitas atque castitas, colatur ac foveatur, ut pupilla oculi, ut summus Cleri thesaurus. Amoveantur personae aut fugiantur, quae praebere possent occasionem ad peccatum proximam; aut quae de nexu vetito male olent, vel ingratae evaserunt parochianis &c. &c. Juniores praeprimis caveant nexus intimiores, qui utique et Samsonem praecipites agunt. In locum ejusmodi delectationum succedat alia, delectatio Deo et populo fideli ex amore serviendi; scripturas ss. ac opera *theologici studii* volvendi. Omnes perpendamus gravissima illa rationum momenta, quae S. Isidorus in praemissa Homilia pro litterarum indefesso propter aliorum salutem studio in medium affert. Verum non minus proprium commodum ad irremissum studium calcar acre addat oportet. Nonne scientiarum splendor nos in oculis profanorum pretiosiores reddit? Nonne poenitentes quaerunt avide Confessarium in regenda consientiae arte versatissimum? Numquid non disciplinarum lumen inflammat cor intus ad perfectiora? Aut Candidati ad examen pro beneficio quo magis se reddunt aptiores, nisi litteratura theologica?

Candidati ejusmodi nunc, ubi duplex subeundum venit tentamen concursale, *scriptum* et *orale*, idque brevissimo temporis spatio, nec audeant comparere tales, qui exacte haud lustraverint scripta e sacra theologia, operaque ejusmodi varia, quae aut ipsimet possideant, aut in bibliotheca paroch. vel Decanali reconduntur.... quaeque a Clariss. Professoribus vel Examinatoribus singulariter recommendata aut in bibliotheca Seminariali ceu talia proprio judicio recognita fuerint. Non semel quoque percepistis e Notificationibus Nostris, quae opera ex ambitu Litteraturae sacerdotalis imprimis cordi sint. Multi non minus thesaurum conspiciunt in operibus S. Alphonsi de *Liguori*, amplissimum pro comparandis ad tentamen &c. scientiis, quae Viennae apud PP. Mechitaristas ope Presbyrerorum nostrorum in subliminori Instituto constitutorum, erga Missarum intentiones procurari possunt.

Majori difficultate nunc circumseptum esse censetur **Jus canonicum** ex eo feli-

ciori tempore, quo **Concordatum** de a. 1855. sustulerat principia de juribus Esiae **Februniana**, genuinam quoque Ecclesiam inter ac Civitatem relationem, pristinamque libertatem restituerat.

Jam **publicum**, jam **privatum**, ut dicitur, **Jus ecclesiasticum** in Austriaco Imperio notabilem vigore Concordati subiit mutationem; de qua Presbyteri egressi ante a. 1855 e palestra theologiae necessaria destituuntur notione.

His et P. T. Decanis ceu Commissariis Episcopalibus &c. singulariter vix aliud perfectius opus de Jurisprudentia canonica in oris nostris vigente tractans commendare novimus, quam vastum Dris Josephi **Ginzel**, sub titulo: **Handbuch des neuen in Oesterreich geltenden Kirchenrechtes.** . 2 crassi tomi, venales fors 10 Rh. v. a. Viennae a. 1859 apud Guilhelmum Braunmüller impressum. *)

Ven. Clerus obtinuit quidem ope Currendarum *bis* unam partem Juris canonici nempe de **Matrimonio**; videlicet anno 1862 sub titulo: **Nowa Ustawa o sprawach Małżeńskich w Cesarstwie Austryackiem**; seu **Patent Cesarski** de 8. Oct. 1856 in VI. philuris . . . . quarum nimirum II. priores in pol. et reliquae IV. in lat. elucubratae cernuntur lingua... nudum textum, sine ejus explanatione, quae reseraret sensum ad imperitorum captum, suppeditantes; ast longe maturius jam a. 1856 in **Appendice** **) ad Cur. XII. porro in Currenda I. ex a. 1857 ***) quasi in nucleo, Extractum maxime necessariorum ex **Instructione pro Judiciis Ecclesiasticis** quoad **Causas matrimoniales**, cum exigua illustratione obscurorum nonnullorum....

Percepisti quoque publicationem Nostram de opusculo: **Najnowsze Prawa kościoła katolickiego w Państwie Austryackiem** zebrane przez P. **Heyzmanna** w Krakowie r. 1861 in Cur. resp. quoditidem nudum legum aut ordinationum quoad Ecclesiae bona, et Matrimoniales causas &c. exhibet . . quae utique ceu talia indigent lumine ex opere majori, sensum collustrante, quod supra indigitavimus, Dris **Ginzel**, aut e reliquis. Interim pro capienda notitia desuper, quomodo Dr. **Ginzel** et Claris. Simon **Aichner** tractet objectum, in subsequis ex utroque per unum typo mandari commisimus.

---

*) Noscuntur insuper alia opera subsidiaria: 1) **George Phillips** „Lehrbuch des Kirchenrechts" Augsburg 1859. 2 tomi. 2) **Jus ecclesiasticum** catholicorum cum singulari ad Imperium Austriacum & cumprimis **Hungariam** attentione, scripsit Josephus **Porubszky** (2. editio) Agriae 1858 1 tom . . . 3) **Compendium Juris Ecclesiastici** cum singulari attentione, ad Leges particulares vi Conventionis 18. Aug. 1855 cum Sede apost. initae in Imperio Austriaco vigentes Auctore Simone **Aichner**. Brixinae & Leontii 1862 1 tom. breviter plura expedit. 4) Praktisches Handbuch des Kath. Eherechts für Seelsorger im Kaiserthum Oesterreich. Mit einer reichlichen Sammlung von Formularien. Von Matthaeus Jos. **Binder** Ehegerichtsrath und Profess. des Kirchenrechts S. Pölten. 1865. Verlag von Passy und Sydy. 5) Aus den Erfahrungen eines Untersuchungs-Richters in Ehestreitsachen. Mitgetheilt von Dr. Karl **Dworzak** Fürst Erzb. Rath in Wien. Wien 1867. Verlag von Mayer & Compagnie.

) I. de impedimentis canonicis **dirimentibus. II. de **impedientibus**..

***) I. De **Sponsalibus**. II. de **Dispensatione** in matrimonii impedimentis.... a Potestate **Esiae. Civitatis**. III. de Matrimonii **Convalidatione.** Omnia cum aliqua illustratione.. &c. quae cum illis VI philuris conjungantur et saepe relegantur.

Cuncta haec pro notitia, meditatione et directione sunto.

Tarnoviae die 10. April. 1867.

I. Extractus

quorumdam e tomo II operis Clasis. Jos. Ginzel de sponsalibus pag. 404 — 408.

A) Explantatio §. 3. Instruction.

„Sponsalia valide iniri nequeunt, nisi per voluntatis declarationem libere... factam."

E §. 320. „2. Soll der zur Begründung eines Eheverlöbnisses vom Rechte geforderte Wille die Sponsalien bewirken oder zur Existenz auf dem Rechtsgebiete bringen, so muß dieser innere Willensentschluß, consilium, sich auch verwirklichen oder zur That, factum, werden, welches dadurch geschieht, daß er in die Außenwelt hervortritt, sich äußert oder erklärt wird. Diese das Verlöbniß bewirkende Willenserklärung muß eine gegenseitige, mutua s. reciproca promissio, sein, d. h. das von dem Einen gegebene Eheversprechen muß von dem Andern erwiedert werden; b) sie kann durch mündliche oder schriftliche Rede wie durch Zeichen ausgedrückt werden, diese Worte oder Zeichen müssen aber bestimmt und unzweideutig sein, und nach dem allgemeinen Sprachgebrauche und Verständnisse oder nach dem örtlichen Gebrauche den Willen sich zu verloben, erkennen lassen; sie kann auch durch einen speziell dazu bevollmächtigten Stellvertreter gegeben werden; Verlöbnisse aber, welche im Namen von Unmündigen geschlossen werden, begründen für den Unmündigen nur dann eine Verbindlichkeit zur Eingehung der Ehe, wenn sie von demselben nach erreichter Mündigkeit gutgeheißen werden. c) Die Erklärung muß mit dem Willen übereinstimmen; da aber bei den Sponsalien der Wille auf die künftig zu schließende Ehe gerichtet ist (oben II. 1. b.), so begründen Sponsalia de præsenti kein Eheverlöbniß. d) Die Form, in welcher diese Willenserklärung von den Spondenten zu geben ist, hat das tridentinische Recht nicht bestimmt, und daher kann das Eheversprechen nach dem vortridentinischen gemeinen Rechte gültiger Weise sowohl vor Pfarrer und Zeugen, als auch insgeheim ohne Zeugen gegeben werden. *)"

B) „§. 321. Wirkungen des Eheverlöbnisses.

Jedes gültiger Weise geschlossene Eheverlöbniß ist seiner Natur nach ein gegenseitig obligatorischer Vertrag, aus welchem für jeden der Verlobten die Rechtsverbindlichkeit zur Erfüllung seines Versprechens, nämlich zur Eingehung der Ehe, und bei Weigerung des Einen, dieser Rechtspflicht nachzukommen, für den Andern das Befugniß erwächst, seine

---

*) „Ego te recipiam in meam et ego in meum."

In Cur. I ex a. 1857 ad *sponsalia* **haec adjecta leguntur:** Sponsalia a *spondendo*, inde *sponsus, sponsa; zaręczony, narzeczony, verbo*-aut *scriptotenus;* e. g. *Ego te accipiam in meam uxorem, ego te accipiam in meum maritum;* aut per alios (posłańca lub pełnomocnika) coram vel sine parocho; coram vel sine testibus; aut signis per surdos, mutos expressam. Consensus tacitus ex una parte non sufficit. *Libere,* non ergo cum errore in persona aut qualitatis .. non in vi et metu gravi, injuste incusso, raptu &c. *Debita deliberatio,* non in amentia, furiositate, ebrietate perfecta, aut vehementi passione irae, vindictae.

Forderung durch Klage geltend zu machen; kraft dessen ferner die Verlobten die gegenseitige Treue bewahren müssen und daher unfähig sind, ein anderes Eheverlöbniß zu schließen, so wie gehindert werden, sich mit einer andern Person zu verheirathen. Das Recht der Kirche knüpft überdieß an jedes gültige Eheverlöbniß die Rechtswirkung, daß die Verlobten mit den gegenseitigen Verwandten gleichsam verschwägert, und dadurch aus einer Forderung der öffentlichen Sittlichkeit unfähig werden, mit denselben eine gültige Ehe zu schließen.

I. Die erste Rechtswirkung eines gültigen Eheverlöbnisses ist die Rechtsverbindlichkeit zur Eingehung der versprochenen Ehe; denn wie jeder Vertrag und jedes Versprechen erfüllt, d. h. das Versprochene durch den Willen der Versprechenden verwirklicht werden muß, so ist auch Bräutigam und Braut rechtlich verpflichtet, die einander versprochene Ehe zu schließen, außer ein rechtmäßiger Grund entbinde sie von dieser Verpflichtung. 1. War das Eheversprechen an keine Bedingung und Zeit gebunden, so ist auch diese Rechtspflicht eine unbedingte und sobald als möglich zu erfüllen; wurde aber das Versprechen der Ehe an eine Zeitbestimmung geknüpft, so wurde der Erfüllung der Verpflichtung ein Termin gesetzt, vor dessen Eintritt daher die Verpflichtung nicht besteht, und eben so tritt bei bedingten Sponsalien erst mit Erfüllung der Bedingung die Rechtsverbindlichkeit zum Abschluß der Ehe ein. 2. Falls der zum Abschluß der Ehe Verpflichtete sich weigert, dieselbe einzugehen, hat der andere Theil das Recht der Klage bei dem kirchlichen Richter gegen den seiner Pflicht untreuen Verlobten. 3. In der Rechtsverbindlichkeit zum Abschluß der Ehe ist indirect auch die Pflicht für die Verlobten enthalten, Alles zu vermeiden, wodurch dieser Abschluß entweder gänzlich verhindert oder verzögert werden kann; doch sind die Verlobten durch die übernommene Verbindlichkeit nicht gehindert, sich dem Ordensleben oder dem geistlichen Stande zu widmen.

II. Die zweite Rechtswirkung, welche durch gültige Sponsalien gesetzt wird, ist die von den Verlobten gegenseitig zu bewahrende Treue; denn das gegenseitige Versprechen der Ehe schließt so wesentlich das Versprechen in sich, die ganze Persönlichkeit, die in der Ehe einander hingegeben werden soll, so unverletzt und unangetastet bis dahin zu bewahren, daß „wenn ein Theil die dem Verlobten schuldige Treue gebrochen hat, der andre seines Versprechens entbunden ist.“ So lange das Verlöbniß zu Recht besteht, sind daher ferner 1. die Verlobten unfähig, ein andres Eheverlöbniß zu schließen (denn die Ehe, welche schon Einer Person rechtskräftig versprochen wurde, kann keiner andern Person weiter versprochen werden), also das zweite Verlöbniß null und nichtig ist, auch wenn es a) mit einem Eide wäre bekräftigt worden, und b) wenn zu demselben die copula carnalis hinzugekommen wäre. 2. Wie jedes Eheverlöbniß, so lange es zu Recht besteht, jedes andere Verlöbniß ungültig macht, so „machen auch die Eheverlöbnisse, in so weit und so lange sie eine Verbindlichkeit zur Eingehung der Ehe hervorrufen, auch jede Ehe unerlaubt, welche von Einem der Verlobten mit einer dritten Person eingegangen wird.“

III. Eind dritte Rechtswirkung, welche das kirchliche Recht an ein gültiges Verlöbniß knüpfet, ist das der Schwägerschaft änliche Verhältniß, welches zwischen dem Einen Verlobten und den Verwandten des Andern entsteht, und Zustandekommen einer Ehe zwischen denselben hindert. — Da nemlich zwischen den Verlobten eine so innige Herzens- und Seelenverbindung besteht, wie sie nur zwischen Ehleuten gedacht werden kann, so wird auch dadurch der Eine Verlobte mit den Verwandten des Andern gleichsam verschwägert quasi affinis, und dieß der Schwägerschaft ähnliche Verhältniß wird deßhalb die Quasiaffinität oder nachgebildete Schwägerschaft, quasi-affinitas, genant. Wie nun zwischen den eigentlich Verschwägerten eine Ehe unzulässig erscheint, so auch fordert es die, öffentliche Sittlichkeit, daß eine Ehe zwischen den gleichsam Verschwägerten nicht geschlossen werden könne, und man nennt daher dieses in einer Forderung der öffentlichen Sittlichkeit gegründete Ehehinderniß das impendimentum justitiae publicae honestatis oder imped. publicae honestatis. — 1. Während dieß Hinderniß der öffentlichen Sittlichkeit nach dem vortridentinischen Rechte aus jedem, auch einem ungültigen, Eheverlöbnisse (mit Ausnahme der aus Abgang der Einwilligung ungültigen Sponsalien) entsprang, und gleich dem Hindernisse der eigentlichen Schwägerschaft die Ehe zwischen dem Einen Verlobten und des Andern Blutsverwandten bis zum vierten Grade nicht zu Stande kommen ließ, so entspringt nach tridentinischem Rechte (Sess. XXIV. cap. 3. de Ref. matrim.) dieß Hinderniß einzig und allein aus einem gültigen Eheverlöbnisse, und hindert nur, daß zwischen dem Einen Verlobten und den Andern Blutverwandten im ersten Grade eine Ehe zn Stande komme (Anweisung §. 35.). 2. Dieselbe Wirkung äußert ein unter einer ehrbaren Bedingung geschlossenes Verlöbniß, sobald der Bedingung Genüge geleistet ist. 3. Das aus einem gültigen, unbedingten oder bedingten, Verlöbnisse entstandene Ehehinderniß bleibt bestehen, auch wenn der Rechtsbestand der Sponsalien später aufhört, es mag dazu ein rechtmäßiger Grund nur von Seite des Einen Verlobten entstanden seyn, oder das Verlöbniß durch beiderseitiges Einverständniß aufgehoben worden seyn.

II. Extractus

e Clasis. Sim. Aichner Compendio Juris Ecclesiast. pag. 567—571. „De causis dispensationum."

Saepenumero Ven. Clerus in Fundamento praxis Curiae Romanae &c. excitatus erat, ut petita pro consequenda dispensatione ab impedimentis matrimon. nonnisi tunc ad Praesidium Episcopale dirigerentur, si causae, ut ajunt, pro Sponsis militent canonicae, nullo facto discrimine, sive casus dispensandi Sedi Apostolicae reservati sint, sive Sedi Episcopali concessi Causas canonicas 12, ex quibus Dispensatio sperari possit, adducendas curavimus in Cur. 1. ex a. 1857. ubi quoque sub §. 49 Instr. generice memorantur casus papales et §. 80. Casus episcopales 5. recitantur... imo impedimenta civilia, et casus dispensationis exponuntur.

Ast nihilominus haud raro anteponuntur Petita in Casibus episcopalibus, sine omni causa canonica, quae utique necessariis destituta, qua talia cum temporis jactura pro Cancellaria, nec non cum expensis et incommodis sponsorum repulsam patiuntur. Ut progressus in melius fiat, tractatum Clasis. Aichnerii pro sedula lectione et relectione... sub titulo praemisso adducere censuimus:

„§. 183. Quodsi ad omnem dispensationem justae causae requiruntur, tanto magis in rebus matrimonialibus id locum habebit. Etenim indulgentiori dispensationum elargitione sine causis sufficientibus impetrata, non tantum gravia tam salubri disciplinae vulnera infliguntur, sed etiam conjugiorum valor periculo nullitatis exponitur, praesertim si quis Pontifice inferior dispenset [1]). Nota sunt gravia Concilii Trid. verba: „In contrahendis matrimoniis vel nulla

[1]) Imo etiam Pontificis dispensatio nulla erit, si causae motivae et finales sunt falsae: nam in litteris apostolicis, licet non exprimatur, semper subintelligitur clausula: Si preces veritate nitantur.

omnino detur dispensatio vel raro idque ex causa et gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes et ob publicam causam [2])." Et licet benigna mater ecclesia hac nostra aetate nonnihil indulgentior sit, tamen tum petentes dispensationem, tum eis operam praebentes meminisse oportet, pro ejusmodi gratia ecclesiae praesulibus non esse supplicandum, nisi adsint causae *sufficientes*, *verae* et *proportionatae* impedimento, super quo dispensatio petitur. Plurimum interest, ut attendatur discrimen, quod in nostra Instructione ita exprimitur: „Episcopi, cum canonicae non deficiant rationes, faciles erunt in utendo facultatibus a s. Sede concessis sequentia quoad impedimenta: 1. In tertio et quarto gradu consanguinitatis et affinitatis ex copula licita. 2. In cognatione spirituali. 3. In affinitate ex copula licita, nisi timendum sit, ne ex immundis commerciis nupturientes consanguinitate in linea recta juncti sint. 4. In tertio et quarto gradu justitiae publicae honestatis ex matrimonio rato non consummato. 5. In justitia publicae honestatis provenienti ex matrimonio invalide contracto et non consummato, aut ex sponsalibus. Cetera quod attinet impedimenta, unanimi conatu agendum est, ut efficax eorum vigor aut asseratur aut restituatur.

Jam causas dispensandi recensebimus, quae juxta stylum curiae Romanae usu veniunt atque a s. C. C. fuerunt adprobatae. Sunt vero causae vel honestae vel infamantes, prout oratorum honorem vel afficiunt, vel non.

1. *Causæ honestæ* referuntur sequentes: *a. Angustia loci sponsæ.* Haec causa adest, quoties 1. locus, unde oratrix est orta vel domicilium habet, numerum trecentorum focularium non excedit, simulque 2. hac de causa in eodem loco virum non consanguineum aut affinem paris conditionis invenire nequit. Haec causa solum foeminis suffragatur, easque honestas esse oportet; alias enim cujuscunque conditionis virum ipsis sufficere praesumitur. Datur etiam *angustia locorum*, nempe loci *tum* nativitatis sponsae *tum* ejusdem praesentis domicilii. Et haec circumstantia favoribilis est oratrici.

b. Incompetentia dotis, sc. cum mulier dotem habet minus competentem, ita, ut propterea aut nullum virum, aut non paris conditionis extra cognationem inveniat, et sponsus vel ejus dotem ad competentiam usque augere aut eam non competenter dotatam ducere paratus sit. Idem procedit, si quis tertius oratricis dotem constituere vel competenter augere intendat, ea conditione adjecta, ut nubat oratori.

c. Bonum pacis seu extinctio gravis inimicitiae, si conjugio vel lites inter familias aut consanguineos oratorum exortae componi valeant, vel litibus jam compositis pax et concordia stabiliri possit.

d. Oratrix filiis gravata, cum vidua filiis ex alio viro procreatis gravata existit, neque ad eos alendos et pro status conditione educandos sufficientes possidet opes sponsusque eam ducere liberosque educare intendit, hisque promissis adimplendis omnino par est.

e. Aetas puellæ superadulta. Haec causa juxta stylum curiae tunc adest, quando sponsa hactenus innupta, quae annum aetatis 24. jam complevit, usque ad hoc tempus virum paris conditionis, cui nuberet, non invenit. [3])

f. Periculum seductionis i. e. „si in loco domicilii oratorum major incolarum pars sint haeretici rerumque conditiones et adjuncta ita sint parata, ut inde periculum insurgat, ne oratores denegata dispensatione cogantur, aut remanere coelibes aut haereticum ducere."

g. Conservatio familiae illustris, vel *conservatio bonorum in eadem illustri familia.* Duplex hic causa adducitur; agitur enim: vel solum ut duae lineae nobilis stirpis, quarum una extinctioni proxima est, conjungantur, vel potissimum, ut bona intra eandem familiam permaneant.

---

[2]) Sess. XXIV. c. 5. de matr. [3]) Necesse autem non est (ait Instr. Eystett.), ut ipsa puella sibi virum quaerat, dummodo dictum annum compleverit et eousque nemo eam pro sponsa et ad justas nuptias petierit; nec obstat, si alias ante recusaverit nuptias, etiam cum proposito, nunquam matrimonium ineundi.

Et haec causa adest, cum nobilis familia sine masculo hærede in sua linea decedens solam feminam pro universali haerede relinquit, ideoque bona hujus familiae in alios transirent, nisi filia alicui ex consanguineis nupserit [4])

h. Excellentia meritorum, quibus vel ipsi petentes vel eorum progenitores ecclesiae se commendarunt, sive liberalitate in ecclesiam et pias causas, sive dimicatione contra ecclesiae hostes, sive pugna armis spiritualibus pro religione bene gesta id factum sit.

2. *Causæ infamantes* quatuor solent enumerari sc.:

a. Infamia oratricis sine copula, cum copula quidem inter oratores non intercessit, verum ex singulari eorum familiaritate suspicio copulae in publico est nata propptereaque merito metuendum est, ne oratrix ob diffamationem matrimonium suo statui conveniens non assequatur.

b. Copula scienter habita cum imprægnatione oratricis. Haec causa inter graviores pertinet, ita ut propter eam etiam in gradibus propinquioribus dispensetur. Plurimum enim interest, ut talis mulieris famae consulatur, et scandala inde secutura evitentur. Sed semper exprimi debet in precibus, copulam habitam fuisse vel cum intentione facilitandi dispensationem, vel sine ea intentione.

c. Periculum perversionis sive defectionis a fide cum sc. merito timetur, ne oratores denegata dispensatione ecclesiam spernant et ad haeresin transeant.

d. Matrimonium putativum seu jam contractum cum impedimento. Quodsi id bona fide factum est, et conjuges putativi cognito impedimento statim abstinuere a copula, haec causa ad diffamantes non pertinet et facillime impetratur dispensatio, dummodo tamen matrimonium praemissis denuntiationibus initum fuerit in facie ecclesiae. Secus enim bona fide initum esse haud praesumitur [5]). Quoties vero matrimonium cum scientia impedimenti seu mala fide ab utraque parte contractum est, aegre conceditur dispensatio, praesertim si illud etiam fuit consummatum. Idcirco utraque circumstantia necessario in precibus exprimenda est.

Denique notandum, dari etiam dispensationem, quae dicitur *sine causa*, eoquod certa causa non proponitur, licet semper justa causa moveat Pontificem ad concedendam dispensationem. Potest etiam evenire, ut, si causa canonica (ex superius recensitis) non adsit, aut saltem non sufficiens, ex aliis *certis et rationabilibus causis*, quae utilitatem dispensationis evidenter suadent, licet raro et in remotioribus gradibus tantum, maxime pro illustri familia, dispensatio concedatur. Istiusmodi causae, quae non sunt canonicae, praesertim si urgentiores sint, petitioni utique adjungi possunt; sed quia talis dispensatio ex Papae gratia pendet, auctores animarum curatis merito inculcant, ut dispensationes non petantur, nisi adsint causae etiam vero canonicae, atque has in precibus semper primo loco ponere docet. [6])

---

[4]) Notandum est, si oratorum quidem familia honesta est, sed tamen non nobilis et illustris, hanc causam proprie *canonicam* non esse. Nihilominus ipsa proponi potest, dummodo aliae causae vere canonicae concurrant. [5]) Unde hae duae circumstantiae in precibus semper exprimi debent; oratores a copula abstinuisse et matrimonium in facie ecclesiae post 3 proclamationes celebratum esse. [6]) Praesertim in foro interno valent etiam causae non tam stricte canonicae; sc. quae salutem animae propius attingunt e. g. conservationem pacis, evitationem scandali vel periculi &c."

E Consistorio Episcopali,

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae die 11. April. 1867.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ. Impensis Consistorii, typis Anastasii Rusinowski, 1867.